

# Formula Marculfina aevi Karolini 21 (lat) [Salzburger Formelmaterial]

EPISTOLA<sup>a</sup> AD COMITEM<sup>b</sup> PALATII

Magnifico et ab omnibus venerando inlustri viro **n**<sup>c</sup> palatii<sup>d</sup> comiti **n**<sup>e</sup> dono Dei episcopus omnisque congregatio sancti **illius** perpetuam in Domino Salvatore salutem<sup>f</sup>

Primum quidem notum sit magnificentiae vestrae, quod tam ego<sup>g</sup> quam omnis adunatio sancti **illius**<sup>h</sup> vestris bonis meritis exigentibus, pro incolomitate vestra die noctuque Dominum deprecamur<sup>i</sup> ut vos salvos<sup>j</sup> sanosque conservare dignetur. Deinde vero petimus clementiam vestram, ut illas<sup>k</sup> iusticias ecclesiae – *vel* monasterii – sancti **illius**, quae<sup>l</sup> ad nos pertinere videntur, vestro examine<sup>m</sup> praesententur<sup>n</sup> et eas ad liquidum sagax industria vestra perscrutari dignetur, quatenus ad rectum tramitem revocare satagat, obnixe depositimus. Insuper vero at<sup>o</sup> illas alias iusticias, quae infra pagum definire per nos non valemus, industriae<sup>p</sup> vestrae<sup>q</sup> reservandas<sup>r</sup> esse censuimus; quas etiam ex<sup>s</sup> regali auctoritate rectius per vos definiendas esse per<sup>t</sup> omnia credimus. Agite itaque erga iusticias sancti **illius**, qualiter nos in vestram<sup>u</sup> benivolam confidimus caritatem<sup>v</sup> Nos igitur pro laboribus vestris dignum servitium vobis omni tempore exsolvere cupimus.

<sup>a</sup> EPISTOLA] EPLA M<sub>4</sub>; INDICULUM Le<sub>3</sub>, Zeu

<sup>b</sup> COMITEM] QUEMLIBET COMITEM Le<sub>3</sub>, Zeu

<sup>c</sup> n] illo Le<sub>3</sub>, Zeu

<sup>d</sup> palatii ... comiti] palatii com M<sub>4</sub>; comite palatii verbessert aus comiti palatii Le<sub>3</sub>; comiti palatii ediert Zeu

<sup>e</sup> h] ille Le<sub>3</sub>, Zeu

<sup>f</sup> salutem] salut [...] auf Rasur, verbessert aus salutare (?) Le<sub>3</sub>

<sup>g</sup> ego] Roz verzeichnet fälschlich die Variante nos für Le<sub>3</sub>

<sup>h</sup> illius] i<sup>ll</sup> M<sub>4</sub>

<sup>i</sup> deprecamur] depcamur Le<sub>3</sub>, M<sub>4</sub>

<sup>j</sup> salvos sanosque] sanos salvasque Le<sub>3</sub>; salvos sanosque M<sub>4</sub>; sanos salvosque emendiert Zeu

<sup>k</sup> illas iusticias] = illae iustitiae

<sup>l</sup> quae] que Le<sub>3</sub>, Zeu

<sup>m</sup> examine] = examini

<sup>n</sup> praesententur] psententur Le<sub>3</sub>, M<sub>4</sub>; presententur edieren Roc, Zeu

<sup>o</sup> at] für ad M<sub>4</sub>, Roc, Roz; ut Le<sub>3</sub>, Zeu; Roz liest für Le<sub>3</sub> et

<sup>p</sup> industriae] industrae M<sub>4</sub>

<sup>q</sup> vestrae] vrē M<sub>4</sub>

<sup>r</sup> reservandas esse] fehlt Le<sub>3</sub>, kein Vermerk bei Zeu

<sup>s</sup> ex] Roc, Roz und Zeu lesen für ex in M<sub>4</sub> et

<sup>t</sup> per omnia] Roz verzeichnet fälschlich das Fehlen von per omnia für Le<sub>3</sub> („Verba per omnia desunt in Lugsd. Bat. A.“)

<sup>u</sup> vestram benivolam] vestra benivola Le<sub>3</sub>, Zeu

<sup>v</sup> caritatem] caritate Le<sub>3</sub>, Zeu